

- Sic fit et hoc agitur, generat nunc et generatur,
 More sub alterno filius et pater est,
 Et genitus filius est patre perenni^a.
 25 Ergo quod octavum fuit ante, redit modo primum,
 Anteriora petens, posteriora tenens;
 Omnia quęcumque^b Deus vult operatur.
 Nec simili cura partum dabit hec^c genitura:
 A partu partus distat ibi positus
 30 Per Dominum, quo pariunt absque dolore.
 Tempore cuncta sono sibi distant in monocordo,
 Assignata^d suis sedibus et spatiis^e
 Cum digito per digitum vivificantem.
 Sedem, iura, locum septem discrimina vocum
 35 Servant dispariter, voce tamen pariter,
 Ut placuit spiritui gamma regenti.
 De mare sed prolem cum vox parit inferiorem,
 Raucus^f ei canor est^g, et soboles^h gravis est
 Inferius vivificum per genitorem.
 40 At cum provehitur, subacutum quando venit,
 Doctior est parere, clarior et canere
 In medio perpetuum per citharedum.
 Cum vero puerum deⁱ lacte creat mulierum,
 Efficit argutum vox triplicata sonum
 45 In puero, quem melior mundus adorat.
 Tunc puer argutus vocali mole solutus
 Dat sonitum facilem more suo gracilem
 De specula, presidet huic spiritus^k almus.
 Cumque viro pueri vox consonat et mulieri,
 50 Idem spiritus est vir, puer et mulier:
 Spiritus est patris amor gratia nati.
 Concipit hic animas septem gravitate sui mas
 Semine difficili pignore dissimili^l,
 Dat totidem dona Deus perpete ritu.
 55 Et mulier natas tot habet de ventre creatas,
 Quas alit et vegetat, surrigit atque levat,
 Septimus et spiritus est numine simplex.
 Nec puer est sterilis, prolem gerit auctor herilis
 Summa petens, binas bis movet hic animas.
 60 Edidit hanc et docuit Spiritus artem.
 Bis duo bis septem sunt octo decemque, fit unum
 Quo mulier numero cum mare cum puero
 Per puerum, quem peperit virgo Maria.
 Musica tot punctis ne desit cantibus ullis,

a) 'perhenni' T. b) 'quec.' C. T. c) 'hec' C. T. d) 'Asig.' C.
 e) 'spaciis' L. f) 'Rancus' L. g) 'canorem' C. h) 'soles' L.
 i) Verb. aus 'creat de lacte' L. k) 'spc' T. l) Verb. aus 'dissimuli' C.